

IDEA HOMILIÆ

*Super II. Sam. I.***P.** Pſal. xcix. v.6. Act. Iii. v.24.

E. ab authoritate Canonica libroꝝ Samuelis (ob idioma Hebræi & prophetici sermonis, allegationem in N. T. Ecclesiæ Hebrææ & Apostolicæ primitivæ testificationem &c.) quorum prior usq; ad cap. xxv. ab ipso Samuele consignatus, residua verò septem capitula, unà cum immediatè connexo libro posteriore, vel à Davide vel tùm temporis viventibus Prophetis, Nathan sive Gad, sunt conscripta; prout ex I. Chronic. xxx. Autor Glossæ ex P. P. ordinariæ, Strabus Fuldensis, unà cum aliis colligit.

Prior Samuelis Historiam lxxx. posterior XL. annorum (ut ex 2. Sam. V. constat) complectitur; Summa prioris est: Historia duorum Judicum Heli & Samuelis, nec non duorum priorum Regum, Saulis & Davidis; Summa posterioris est Historia secundi Regis Davidis, ejusque Regni quoad Initia, Incrementa & Complementa; Partes proinde sunt tres, nempe Davidis:

I. Confirmatio Cap. I. ad X.

II. Prævaricatio cap. XI. ad XXII.

III. ad mortem præparatio c. xxii. ad xxiv.

In capite hujus libri primo continetur: *Cladis Israelit & Indicina* per tria membra, quorum:

I. *Nem-*